zutreffen. Ja es scheint, daß die Nachkommen dieses Aonulfs sich bei den Franken zu hohen Ehren erschwungen, und in die Familie ihrer Könige aufgenommen worden seyen. Dahin deutet unter andern jener Rodoald, von welchem Fredegar meldet, [caput 25] [37]) „Chrotoaldus quidam ex proceribus de gente nobili Aglufingica apud Austrasios nomine," — und Aimon (L. IV. c. 11.) „Rotoald majoribus apud Austrasios direptioni rerum studens alienarum, superbiae deditus, elationis plenus" etc. Auf diesem Wege auch nur könnten wir Licht bekommen für die Stelle des Paul Diacons in der es heißt: „Waldrada (Wacchonis filia) sociata est Regi Francorum, quam ipse odio habens, uni ex suis, qui dicebatur Garibald, in conjugium tradidit" [38]).

Also selbst angenommen daß die Agilulfinger erst durch den König der Franken zur Herrschaft in Bayern gelangt wären, so sind sie durch dieselben immer wieder nur zu den Ihrigen zurückgeführt worden. Denn daß jener durch Gefangenschaft nach Austrasien gerathene Aonulf, von welchem wir die in Franken vorkommenden Agilulfe ableiten müßten, gothisch-skyrischen Stammes war, geht aus der Vergleichung des Angeführten wohl überzeugend genug hervor.

Hier in Bajoarien wären in diesem Falle nun die Agilulfinger mit ihren Familiengenossen den Welfen, die wir von jenem skyrischen Aonulf der gegen Odoacer gestritten abgeleitet haben, wieder zusammengetroffen. —

§. 19.

Fassen wir das Resultat dieser Erörterung ins Enge so ergibt sich zum Resultate:

I. Nachdem Bajoarien lange Zeit hindurch Theils unter römischer Herrschaft gestanden, Theils den Durchzügen wandernder Völkerschaaren offen gelegen, nahmen in der zweiten Hälfte des V. Jahrhunderts gothische Völkerstämme Besitz von diesem Lande.

---

[37]) Cap. 25. —

[38]) Paul Diac. I. c. 21. Gregor von Tours sagt: „Chlotarius reliquit Waldradum, dans ei Gariwaldum ducem". L. IV. c. 9. —

II. Unter diesen war der Stamm der Heruler der prädominirende, der Fürst des Landes aber von dem Stamme der Skyren.

III. Der erste Fürst dieses Stammes den wir dem Namen nach kennen ist Aonulf, der Bruder Odoacers, und Begründer des agilulfingischen Herrscherhauses, und der welfischen Dynastie in Bajoarien.

IV. Dieser Aonulf ist es der — nachdem er muthig gegen die Ostgothen gekämpft, von Theodorich selbst als König der Heruler und Bundesgenosse begrüßt wurde.

V. In der zweiten Hälfte des VI. Jahrhunderts zeigen sich zwei regierende Linien in Bayern; und dem im südlichen Theile herrschenden Garibald, steht in dem nordöstlichen Theile ein Theodo zur Seite.

VI. Während der im südlichen Bayern herrschende Garibald sich immer enger an die Longobarden anschließt, machen die fränkischen Könige einen überwiegenden Einfluß auf das nördliche Bayern immer geltender.

VII. Die Linie Garibalds wird in dem letzten Decennium des VI. Jahrhunderts von dem fränkischen Childebert ganz aus Bayern verdrängt, und das gesammte Land unter der Herrschaft der theodonischen Linie vereinigt. —

Anbindend an diese Resultate, werde ich nun auf ein zweites Thema, nämlich auf die Untersuchung der Frage übergehen: welchen Stammes war Liutpold, der Ahnherr des skyrisch-wittelsbachischen Fürstenhauses?

(Fortsetzung folgt.)

Anhang zu Note 6.

Procop. Goth. 1, 308. Aliquanto ante Romani Scirros, Alanos, et alias quasdam gentes Gothicas in societatem asciverant; ex quo illas ab Alarico Attilaque clades acceperant, quas in superioribus libris descripsi. Inter ipsos quidam erat Odoacer nomine, Protector Caesarianus: qui tunc, si illorum opera Principatum consequeretur, se voti compotes facturum recepit. Qua via arrepta tyrannide, Imperatori nihil praeterea mali intulit, vivere privatum sinens; tertiaque agrorum parte concessa Barbaris, eos sibi devinxit penitus, ac tyrannidem per annos decem firmavit.

Jorn. Get. c. 46. Non multum post Odovacer Turcilingorum rex, habens secum Scyros, Herulos, diversarumque gentium auxiliarios, Italiam occupavit, et Oreste interfecto, Augustulum filium ejus de regno pulsum, in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnavit.

Interea Odovacer rex gentium omni Italia subjugata, ut terrorem suum Romanis indicaret, mox initio regni sui Brachilam comitem apud Ravennam occidit, regnoque suo confortato, pene per quatuordecim annos usque ad Theoderici praesentiam de quo in subsequentibus dicturi sumus, obtinuit.

Ammian. Anon. 662. Augustulus qui ante regnum Romulus a parentibus vocabatur, a patre Oreste Patricio factus est Imperator. Superveniente Odoacre cum gente Scyrorum, occidit Orestem Patricium in Placentia, et fratrem ejus Paulum ad Pineta foris Classem Ravennae. Ingrediens autem Ravennam, deposuit Augustulum de regno, cujus infantiae misertus, concessit ei sanguinem.

Eugippius V. S. Sev.

Quidam Barbari cum ad Italiam pergerent, promerendae benedictionis ad eum intuitu diverterunt, inter quos et Odoacar, qui postea regnavit Italiae, vilissimo habitu juvenis statura procerus advenerat: qui dum humillimum tectum cellulae ejus suo vertice contingeret, inclinans se, a viro Dei gloriosum se fore cognovit. Cui etiam valedicenti, Vade inquit ad Italiam vade vilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus. Interim ut Dei famulus ei praedixerat, mox in Italia

ingressus est, regnum accepit. Eodèm tempore Odoachar Rex memor factus, quod a viro sancto praedictum audierat, statim familiariter litteras ad eum dirigens, si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem. Ergo vir Dei tantis itaque ejus alloquiis per litteras invitatus, Ambrosium quemdam exsulantem rogat absolvi: cujus Odoachar gratulabundus paruit imperatis.

Paul Diac. Hist. Miscell. L. XV. p. 99. Haec dum apud Romanos geruntur, Odoacer cum fortissima Herulorum multitudine, fretus insuper Turcilingorum, sive Scirorum auxiliis, Italiam ab extremis Pannoniae finibus properare contendit, qui tum adhuc per Noricorum rura exercitum duceret, cognita Severini fama Christi Domini servi, qui illis tunc degebat in locis, ad eum sibi benedictionem petiturus accessit, qui dum benedictione percepta ab ejus egredi cellula vellet, et caput ne in superliminari ostii, eo quod procerae esset staturae, allideret, inclinasset, a Dei viro futurorum praescio mox talia audivit. Vade nunc ad Italiam, vade Odoacer vilissimis interim animantium pellibus indutus, multis cito plura largiturus. Haec ille verba rerum exitu comprobavit, nam aliquantis postmodum annis totius Italiae, insuper et Urbis usus est potestate.

Ammian. Anon. 663. Odoacer vero, cujus supra fecimus mentionem, mox deposito Augustulo de Imperio, factus est Rex: mansitque in regno annos XIII. cujus pater Aedico dictus.

Jornandes. Success. 239. Parte vero Hesperiae Nepote Imperatore Orestes fugato, Augustulum suum filium in Imperium collocavit. Sed mox Odovacer, genere Rugus, Thurcilingorum, Scirorum, Herulorumque turbis munitus, Italiam invasit, Augustulumque Imperatorem de regno evulsum, in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnavit.

Ennod. Vit. Epiph. 8. Igitur dum talibus se disciplinis et laboribus Christi et Domini nostri operarius exerceret, ecce ille quietis nescius, et scelerum patrator inimicus, magna dolorum incrementa conglutinat, et inquirit quibus virum integerrimum passionibus lacesseret. Exercitum adversus Orestem Patricium erigit, et discordiae crimina clandestinus supplantator interserit: spe novarum rerum, perditorum animos inquietat. Odovacrem ad regnandi ambitum extollit; et ut haec pernicies in Ticinensi civitate contingeret, Orestem ad eam fiducia munitionis invitat... Postremo status civitatis, quem multitudo barbarica succidebat, unius fortissimae columnae sustentatus resurgebat auxilio: nec tantum ad delendum sufficiebat exercitus, quantum ad reparandum unius persona Pontificis. Sublato tamen Oreste, et propter Placentinam urbem extincto, depraedationis impetus conquievit. Post quem adscitus in regnum Odovacris, tantu culta insignem virum coepit honorare, ut omnium decessorum circa eum officia praecederet.

Ammian. Anon. p. 662. Paul Diac. Miscell. L. XV. p. 99. Ingresso ergo Italiam Odoacre, statim ei apud Liguriae terminos Orestes Patricius occurrit, qui adversus fortissimam multitudinem nihil se praevalere conspiciens, maxime cum eum jam quidam suorum deseruissent, metu trepidus intra Ticinum se munitionis fiducia concludit. Mox adveniens cum exercitu Odoacer expugnatam fortiter ingreditur civitatem, vastantur universa rapinis, saevit ubique gladius, divina quoque, privataque aedificia ignis absummit. Captus demum Orestes ab hostibus Placentiam usque perducitur, ibique gladio detruncatur. Exinde per universas iidem barbari urbes diffusi, cunctam sine aliqua tarditate Italiam juri proprio subdidere, multasque tunc civitates parantes restitere, extinctis habitatoribus ad solum usque dejecere. Odoacer itaque prosperos sibi cernens successus accrescere, statim regiam arripuit potestatem. Augustulus siquidem, qui Imperii praesumpserat potestatem, cernens universam Italiam Odoacris viribus subdi, inopinabili metu perterritus, sponte miserabilis purpuram abjiciens, cum vix XI. mensibus Remp. obtinuisset, Imperialem deposuit majestatem. Ita Romanonorum apud Romam Imperium toto terrarum Orbe venerabile, et Augustalis illa sublimitas, quae ab Augusto quondam Octaviano coepta est, cum hoc Augustulo periit, Anno Urbis conditionis MCCIX. a Cajo vero Caesare, qui primo singularem arripuit dignitatem, anno DXVII. ab Incarnatione autem Domini anno quadringentesimo septuagesimo quinto.

Cassiod. Chr. pag. 51. Basiliscus II. et Armatus. His Coss. ab Odovacre Orestes et frater ejus Paulus extincti sunt nomenque regis Odovacer adsumpsit, cum tamen nec purpura. nec regalibus uteretur insignibus.

Marcell. Chr. p. 44. edit. Morell. p. 717. iisdem Coss. Odovacer Rex Gothorum Romam obtinuit, Orestem Odovacer illico trucidavit, Augustulum filium Oresti Odovacer in Lucullano Campaniae castello CXIV. exilii poena damnavit. Hesperium Romanae gentis Imperium, septingentesimo octavo urbis conditae anno primus Augustorum Octavianus August. tenere coepit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum regni Imperatorum D XXII. Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus Bracilam Comitem Odoacer rex apud Ravennam occidit.

Marius Avent. Chron. Augustus Orestis filius, ut audivit Zenonem iterum Orientis Imperium, expulso Basilisco, recuperasse, Senatum veteris Romae legationem ad Zenonem mittere coegit, quae illi significaret urbem proprio Imperatore non indigere. Unum quidem Imperatorem, sed communiter illi utriusque Imperii fines tutandos esse: Odoachum sibi praepositum assumpsisse, idoneum qui salvas res faceret. Ille enim et scientia reipublicae administrandae, et rei militaris peritia praestat. Itaque orare ut illum Zeno patriciatus dignitate ornet, et Italicam dioecesim regendam committat. Profecti sunt igitur, ex Senatu veteris Romae, viri, qui hos ser-

mones Byzantium deferrent. Iisdem diebus venerunt, et a Nepote nuntii, qui Zenoni restitutum imperium gratularentur, et ipsum obtestarentur, cum easdem calamitates, quas Nepos expertus esset, ut omni opera et studio illum in recipiendo imperio prompto et alacri animo adjuvaret. Et pecunias et exercitus, et alia quae opus forent, suppeditaret, quo illi reditum ad pristinam fortunam, elaboraret et conficeret. Haec qui dicerent Nepos misit. At Zeno his qui venerant haec responsa dedit. Et Senatoribus, illos ex duobus, qui ab Oriente Imperium susceperant, unum expulisse, et Anthemium occidisse. Nunc quid sibi facto opus esset illos dixit perspicere. Imperatore enim superstite non aliam debere valere sententiam, quam illum amplecti, et illi adhaerere. Ad ea vero quae barbarus nuntiarat recte et juste facturum, si a Nepote Imperatore, Odoacer Patriciatus dignitatem susciperet. Eam illi missurum, nisi Nepos praevenerit. Hortari, simul atque eam adeptus fuerit, ut cultum Romanis convenientem assumat et usurpet. Se quoque confidere fore, ut Imperatorem, qui illum hoc honore affecerit, siquidem justa facere voluerit, observet et colat. Sed tamen in litteris Regiis, quibus Odoacro eam dignitatem mittere renuit, eum Patricium nominavit.

Ennod. Vit. Epiph. c. 8. p. 371. Eugip. Vit. Severin. c. 9. §. 40. Iisdem temporibus Odobagar Rex S. Severino familiares litteras dirigens, si qua speranda duceret, dabat suppliciter optionem, memor illius praesagii, quo eum expresserat quondam regnaturum. Tantis itaque Sanctus alloquiis invitatus, Ambrosium quemdam exulantem rogat absolvi. Cujus Odobagar gratulabundus paruit imperatis. Quodam etiam tempore dum memoratum regem multi nobiles coram sancto viro humana, ut fieri solet, adulatione laudarent, interrogat quem Regem tantis praeconiis praetulissent? Respondentibus Odobagarum Regem. Odobagar, inquit, integer inter tredecim et quatuordecim annos, videlicet integros regnabit; finem vero regni ejus significans; et his dictis adjecit, citius illos quod ipse praedixerat probaturos. —

Sigeb. Gemblaceus. Interim Odeacer cum multa multarum gentium multitudine, ab extremis Panoniae finibus Italiam petit, qui per Norejam iter faciens, beati Severini, cujus nomen tunc ibi celebrabatur, benedictionem petiit, et ab eo ventura sibi didicit. Odeacer, Oreste victo apud Papiam obsesso, capto et occiso, Italiam subdit juri proprio anno 474. Augustulus imperium deponit, quod Odoacer arripiens 14. annis nullo inquietante obtinuit;

Jorn. Annal. Cusp. an. 475. p. 457. Anno quadringentesimo septuagesimo quinto, Odoacer Rex Torcilingorum et Rugorum cum multis barbarorum auxiliis, pervasa Italia, Romam obtinuit, anno a conditione ejus millesimo ducentesimo tricesimo primo, Orestem et Paulum fratres occidit: Augustulum Imperatorem exilio damnavit, et pro eo regis nomen arripuit, cum tamen nec purpura, nec regni insignibus uteretur.

4*

Ammian. Anon. pag. 664. Igitur Odoachar Rex bellum gessit adversus Rugos, quos in secundo vicit, et funditus delevit. Nam dum ipse esset bonae voluntatis, et Arianae sectae favorem praeberet, quodam tempore dum memoratum Regem multi nobiles coram sancto viro humana, ut fieri solet, adulatione laudarent; interrogat quem Regem tantis praeconiis praetulissent. Respondentibus Odoacrem, inquit, qui dixit eis, Inter tredecim et quatuordecim: annos videlicet integri ejus regni significans. Cassiod. Chr. p. 51. Placidius V. C. Cos. Hoc Cos. Odovacer in Dalmatiis Odivam vincit et perimit...... Boetius V. C. Cos. Hoc Cos. Odovacer Phaeba rege Rugorum victo captoque potitus est. Ipso anno Odoacer Romae regnans in Dalmatia Odivam regem vicit.

Ennod. Paneg. Theod. p. 184. Sileo de trophaeis. Tibi cum rectore meo (Theodorico) Odovacre occurro, qui universas contra eum nationes, quasi orbis (concussor) concussorem exciveras. Tot reges tecum ad bella convenerant, quot sustinere generalitas miles vix valeret. Deprehensum est varias esse mentes coacervatae multitudinis, nec spem victoriae venire de numero.... p. 188. 189,...... Quid dissimulo gesta persequi? Libuit (eos) eis rursus tendenti inermem dextram Odovacri regna polliceri. Innotuit illico rebus in luce deprehensis hostilium error animorum, advocasti providentiam actuum tuorum comitem, et ne impunita esset libido discurrentium, ultionis vexilla concutiens, fecisti consiliorum participem in secretis populum jam probatum. Neminem adversarium agnovisse contigit, quod tecum pars mundi potior disponebat. Mandata est per regiones disjunctissimas (vox) nex votiva. Quis haec praeter supernam voluntatem praestitit, ut unius ictu temporis, effunderetur Romani nominis clades longa temporum improbitate collecta? Hic quo me vertam nescio. Gratias (Grates) referam, qui suscepi officium laudatoris, an arreptum praeconiorum tuorum iter ingrediar? Consumpta res est prospero fatalique bello. Succisa est Odovacris praesumtio, postquam eum contigit de fallacia non juvari. Quid Herulorum agmina (fusa) hic commemorem? quid ideo adversus te deducti sunt, ut fusi agnoscerent, te (ut) etiam in propriis sedibus quem timerent.

Cassiod. Chr. p. 51. 52. Probinus, et Eusebius. His Coss. felicissimus atque fortissimus D. N. Rex Theodericus intravit Italiam, cui Odovacer ad Insontium pugnam parans, victus cum tota gente fugatus est. Eodem ante repetito conflictu Veronae vincitur Odovacer. Faustus Jun. Cos. Hoc Cos. ad Ducam Fluvium Odovacrem D. N. Theodericus Rex tertio certamine superavit, qui Ravennam fugiens, obsidetur inclusus. Olybrius Jun. Cos. Hoc Cos. Odovacer cum Erulis egressus Ravenna, nocturnis horis ad pontem Candidium a D. N. rege Theoderico memorabili certamine superatur. Albinus V. C. Cos. D. N. Rex Theodericus Ravennam ingressus, Odoacrem molientem sibi insidias interemit.

Id. L. 2. Ep. 16. p. 94. Retinetis enim P. C. patritium Liberium et in adversitate nostra fuisse laudabilem, qui sic Odovacris integerrimis parebat obsequiis, ut nostra post fuerit electione dignissimus, contra quos multa fecisse videbatur inimicus.

Jornand. Get. c. 57. Igitur egressus urbe regia Theodericus, et ad suos revertens, omnem Gentem Gothorum, quae tamen ei praebuerat consensum, assumens; Hesperiam tendit, rectoque itinere per Sirmas ascendit, vicinas Pannoniae. Indeque Venetiarum fines ingressus, ad pontem Sontium nuncupatum castrametatus est. Quumque ibi ad reficienda corpora hominum jumentorumque aliquanto tempore resedisset; Odovacer armatum contra eum direxit exercitum. Quem ille, ad campos Veronenses occurrens, magna strage delevit, castrisque solutis, fines Italiae cum potiore audacia intrat; transactoque Pado amne ad Ravennam regiam urbem castra componit, tertio fere milliario ab urbe, loco qui appellatur Pineta. Quod cernens Odovacer, intus se in urbe communivit; indeque subreptive noctu frequenter cum suis egrediens, Gothorum exercitum inquietat, et hoc non semel, nec iterum; sed frequenter, et paene molitur toto triennio. Sed frustra laborat, quia cuncta Italia dominum jam dicebat Theodericum, et illius ad votum res illa publica obsecundabat. Tantum ille solus cum paucis satellitibus, et Romanis qui aderant, et fame et bello quotidie intra Ravennam laborabat. Quod dum nihil proficeret, missa legatione veniam supplicat. Cui et primum concedens Theodericus, postmodum hac luce privavit.

Ammian. Anon. pag. 664. 665. Zeno itaque recompensans beneficiis Theodericum, quem fecit Patricium et Consulem, donans ei multum et mittens eum ad Italiam. Cui Theodericus pactuatus est, ut si victus fuisset Odoachar, pro merito laborum suorum loco ejus, dum adveniret, tantum praeregnaret. Ergo superveniente Theoderico Patricio de civitate Nova cum gente Gothica, missus ab Imperatore Zenone de partibus Orientis ad defendendam sibi Italiam. Cui occurrit venienti Odoachar ad fluvium Sontium, et ibi pugnans cum eodum, victus fugit. At vero Odoacer abiit in Veronam, et fixit fossatum in campo minore Veronense V. Kalendas Octobris. Ibique persecutus est eum Theodericus, et pugna facta, ceciderunt populi ab utraque parte: tamen superatus Odoachar fugit Ravennam pridie Kalendas Octobris. Et perambulavit Theodericus Patricius Mediolanum, et tradiderunt se illi maxima pars exercitus Odoacris, nec non et Tufa Magister militum, quem ordinaverat Odoachar cum optimatibus suis Kal. Aprilis. Eo anno missus est Tufa Magister militum a Theoderico contra Odoacrem Ravennam. Veniens Faventia Tufa, obsedit Odoacrem cum exercitu cum quo directus fuerat; et exiit Odoachar de Ravenna, et venit Faventiam, et Tufa tradidit Odoacri Comites Patricii

Theoderici, et missi sunt in ferro, et adducti Ravennam. Fausto et Longino. His Consulibus Odoachar Rex exiit de Cremona, et ambulavit Mediolanum. Tunc venerunt Wisigothae in adjutorium Theoderici, et facta est pugna super fluvium Adduam, ceciderunt populi ab utraque parte: et occisus est Pierius Comes Domesticorum III. Idus Augustas, et fugit Odoachar Ravennam, et mox subsecutus est eum Patricius Theodericus veniens in Pineta, et fixit fossatum, obsidens Odoacrem clausum per triennium Ravenna, et factum est usque ad sex solidos modius tritici. Et mittens legationem Theodericus Festum caput Senati ad Zenonem Imperatorem, et ab eodem sperans vestem se induere regiam. Olybrio V. C. Cos. Hoc Consule exiit Odoacher Rex de Ravenna nocte cum Herulis ingressus in Pineta, in fossato Patricii Theoderici, et ceciderunt ab utraque parte exercitus, et fugiens Levila Magister militum Odoacris, occisus est in fluvio Veiente: et victus Odoacer fugit Ravenna Idibus Juliis. Igitur coactus Odoachar dedit filium suum Thelane obsidem Theoderico, accepta fide securum se esse de sanguine. Sic ingressus est Theodericus: et post aliquot dies dum ei Odoachar insidiaretur, detectus caute ab eo praeventus in Palatio, manu sua Theodericus eum in Lauretum praeveniente gladio interemit. Cujus exercitus in eadem die jussu Theoderici omnes interfecti sunt, quis ubi potuit reperiri cum omni stirpe sua etc.

Procop. Goth. 1, 1. Eo delectatus consilio Theodericus, in Italiam proficiscitur..... Ubi...... per Taulantiorum aliorumque ejus accolarum oras progressi sunt. Ipsis factae obviam Odoacri copiae, et multis fusae congressibus, cum suo Principe Ravennae se commiserunt, aliisque munitissimis locis..... Jam annos tres Theodericus et Gothi Ravennam circumsederant frustra, cum hinc Gothos obsidionis taedium, inde Odoacri defensores penuria cibariorum ad hanc perpulit pactionem, cujus conciliator fuit Antistes Ravennae: ut in ea urbe Theodericus atque Odoacer ex aequo viverent. Aliquandiu quidem mansere pacta: postea vero Theodericus detecta, ut perhibent, fraude, quam Odoacer ipsi struebat, eum dolose ad epulas invitatum occidit. Exin Barbaris hostibus, quicunque supererant, ad se pellectis, in sua ditione Gothos atque Italos habuit.

Paul. Diac. Miscell. Egressus itaque a Mysia cum omni Ostrogotharum multitudine, universaque supellectili per Sirmium, Pannoniasque iter faciens ad Italiam venit. Ac primum juxta Sontium flumen, quod non longe ab Aquileja labitur, castra componens, dum uberrimis quae eo loco habentur pascuis, fatigata aliquantulum ex itineris longitudine jumenta reficeret, ibi mox ei cum grandi suorum exercitu, totisque Odoacer Italiae viribus occurrit, quem Theodericus alacriter excipiens, magno superatum praelio, postremo in fugam convertit. Exinde Theodericus

movens cum Veronam venisset, iterum adversus eum Odoacer non minori quam prius belli sese apparatu opponit. Contra quem Theodericus haud procul a Veronensi urbe confligens, nimia ejus exercitum caede contrivit, ipsumque pariter et omnem illius multitudinem dare terga coegit. Qui dum fugae metu se praecipites in Adesim fluvium mergunt, ex magna parte rapidissimis ejus gurgitibus implicati, suffocantur. Theodericus vero dum ipso impetu subsequitur fugientes, Veronam illico, pavore civibus consternatis, invadit. Odoacer autem cum his qui evaserant fugiens, Romam contendit. Sed obseratis continuo portis, exclusus est; qui dum sibi denegari introitum cerneret, omnia quaeque attingere potuit, gladio flammisque consumpsit. Inde quoque egrediens Ravennam ingressus est. Post hinc digressis Gothis, civitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni feritate immanibus, quos atrox et acerba vis animorum ad quotidiana scelera sollicitabat.

Eugip. Vit. Severin. c. 12. §. 55. apud Bollandum in Act. S. S. d. 8. Jan. p. 496. Post audiens idem Odoachar, Fridericum (Felethei Rugorum Regis filium) ad propria revertisse, statim fratrem suum misit cum multis exercitibus Aonulphum, ante quem denuo fugiens Fridericus, ad Theodericum Regem, qui tunc apud Novam civitatem provinciae Moesiae morabatur, profectus est. Aonulfus vero praecepto fratris admonitus, universos jussit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes incolae tamquam de domo servitutis Aegyptiae, ita de quotidiana barbarie frequentissimae depraedationis educti, S. Severini oracula cognoverunt. conf. Ammian. Anon. p. 664. Paul. Diac. Longob. L. 1. cap. 19. et Cassiod. Isid. Chron. Goth.

Eugip. Vit. Severin. c. 2. §. 12. Rugiorum.... Rex, nomine Flacciteus, in ipsis regni sui coepit nutare primordiis, habens Gothos ex inferiore Pannonia vehementer infensos, quorum innumera multitudine terrebatur. Is ergo beatissimum Severinum in suis periculis tamquam coeleste consulebat oraculum. Ad quem, dum vehementissime turbaretur, adveniens: deflebat se a Gothorum Principibus ad Italiam transitum postulasse, a quibus se non dubitat, quia hoc ei denegatum fuerat, occidendum. Tunc ergo a viro Dei hoc responsum praedictus accepit..... Gothorum nec copia, nec adversitate turbaberis, quia cito securus, eis discedentibus, tu desiderata prosperitate regnabis: tantum ne humilitatis meae monita praetermittas. Non te itaque pigeat pacem appetere etiam minimorum, et numquam propriis virtutibus innitaris ...... Qui cum tali admonitus oraculo laetus abscederet, perlato sibi quod turba latrocinantium et barbari aliquos captivassent ex Rugis, ad virum Dei misit protinus consulendum. Qui sanctis eum mandatis, ne praedones sequeretur, Domino sibi revelante, praemonuit dicens: Si eos secutus fueris,

occideris; cave ne amnem transeas et insidiis, quae tibi tribus locis paratae sunt, improvida mente succumbas: nam cito nuntius fidelis adveniet, qui te de his omnibus efficiet certiorem. Tunc captivorum duo ab ipsis hostium sedibus fugientes, ea per ordinem retulerunt, quae a beatissimo viro, Christo sibi revelante, erant praedicta. Igitur frustratis insidiis adversantium, Flacciteus incrementis auctus prosperioribus, vitam rebus tranquillissimis terminavit. Id. ib. c. 3. §. 15. Felecteus quoque Rex, qui et Fava, memorati filius Flacitei, paternam secutus industriam, sanctum virum coepit pro regni sui frequentare primordiis. Hunc conjux feralis et noxia, nomina Gisa, semper a clementiae remediis retrahebat, Haec ergo inter cetera iniquitatis suae contagia, etiam recti reverentiam Severini, non consentiente viro, a sacrilegia quantocyus intentione defecit. Romanos tamen duris conditionibus aggravabat, quosdam etiam Danubio jubebat abduci ..... Quosdam.... aurifices barbaros, pro fabricandis regalibus ornamentis clauserat arcta custodia. Ad hos filius memorati Regis admodum parvulus, nomine Fridericus, eodem die quo Regina servum Dei contempserat, puerili motu concitus introivit. Tunc aurifices infantis pectori gladium imposuere dicentes, quod si quis ad eos absque juramenti praefixo ingredi conaretur parvulum regium primitus transfigerent, et semetipsos postea trucidarent..... et aurifices protinus accipientes sacramentum ac dimitentes infantulum, pariter et ipsi dimissi sunt...... Interea beatum virum (Severinum) cives oppidi memorati (Batavini,) suppliciter adierunt, ut pergeret ad Favianam Rugorum Principem, mercandi eis licentiam postularet. Quibus ipse: Tempus inquit, hujus oppidi appropinquavit, ut desertum, si ut cetera priora castella cultore destituta, remaneat..... Mox igitur eo discedente Chunimundus paucis barbaris comitatus, oppidum, ut Sanctus praedixerat, Batavis, invasit; ac paene cunctis mansoribus in messe detentis, quadraginta viros oppidi, qui ad custodiam remanserant, interemit..... §. 32. Ad habitatores praeterea oppidi quod Jopia (Juvavia) vocatur, septuaginta et amplius a Batavis millibus disparatum, solita vir Dei revelatione commonitus, Moderatum nomine, cantorem Ecclesiae destinavit, praecipiens, ut habitationem loci illius omnes sine cunctatione relinquerent, mox enim perituros fore si contemnerent imperata.... Qua nocte Heruli insperate protinus irruentes, oppidumque vastantes plurimos duxere captivos .... §. 33. .... Igitur memoratus Antistes litterarum tenore perstructus, universas dioeceses sive castella, scriptis propriis vehementer admonuit, ut triduano jejunio, quod litterae viri Dei signaverant, exitio venturae cladis occurrerent. Quibus jussa complentibus, terminato jejunio ecce Alamannorum copiosissima multitudo feraliter cuncta vastavit. Castella vero nullum sensere periculum, quae lorica fidelis je-

junii, et laudanda cordis humilitas adversus hostium ferociam fidenter armaverat. Eodem tempore mansores oppidi Quintanensis, creberrimis Alamannorum incursionibus defessi, sedes proprias relinquentes, in Batavis oppidum migraverunt. Sed non latuit eosdem barbaros confugium praedictorum: qua caussa plus inflammati sunt, credentes duorum populos oppidorum uno impetu praedarentur....... Igitur Romani omnes sancti viri praedictione firmati, spe promissae victoriae adversus Alamannos instruxerunt aciem, non tam materialibus armis, quam sancti viri orationibus praemuniti. Qua congressione victis ac fugientibus Alamannis, vir Dei ita victores alloquitur.... Mecum,... ad oppidum Lauriacum congregati descendite..... Sed Batavinis genitale solum relinquere dubitantibus, sic adjecit. Quamvis et illud oppidum quo pergimus, ingruente barbarie sit quantocyus relinquendum, hinc tamen nunc pariter discedamus. Talia commonentem secuti sunt plurimi, quidam reperti sunt contumaces, nec defuit contemptoribus gladius inimici. Quicumque enim ibidem contra hominis Dei interdictum manserunt, Thuringis irruentibus in eadem hebdomade alii quidem trucidati, alii in captivitatem deducti, poenas dedere contemptus. §. 36. Igitur post excidium oppidorum in superiore parte Danubii, omnem populum in Lauriacum oppidum transmigrantem, qui S. Severini monitis paruerant, assiduis hortationibus praestruebat, ne in sua virtute confiderent..... Cives idem oppidi Lauriaci, et superiorum transfugae castellorum, ad suspecta loca exploratoribus destinatis, hostes quantum poterant humana sollicitudine praecavebant. Quos servus Dei divinitatis instinctu commonitus, praesaga mente praestruxit, ut omnem paupertatis suae sufficientiam intra muros concluderent, quatenus inimicorum feralis incursio, nihil humanitatis inveniens, statim fame compulsa immania crudelitatis coepta desereret..... §. 39. Feletheus Rugorum Rex qui et Fava, audiens cunctorum reliquias oppidorum, quae barbaricos evaserant gladios Lauriacum se per Dei famulum contulisse, assumpto veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere, et in oppidis sibi tributariis atque vicinis (ex quibus unum erat Favianis) quae a Rugis tantummodo dirimebantur Danubio, collocare. Quamobrem graviter universi turbati, S. Severinum adiere suppliciter, ut in occursum Regis egrediens, ejus animum mitigaret. Cui tota nocte festinans, in vicesimo ab urbe milliario matutinus occurrit. Rex ergo adventum ejus protinus expavescens, testabatur illius se fatigatione plurimum praegravatum, caussam repentinae cursionis inquirit. Cui servus Dei: Pax tibi, inquit, Rex optime. Christi legatus advenio, subditis veniam precaturus. Recole gratiam, divina beneficia recordare, quibus pater tuus se frequenter sensit adjutum. Nam cunctis regni sui temporibus nihil me inconsulto gerere praesumebat..... Et

Rex inquit: Hunc populum pro quo benivolus precator accedis, non patiar Alamannorum aut Thuringorum iniquorum saeva depraedatione vastari, vel gladio trucidari, aut in servitium redigi, cum sint nobis oppida et castella in quibus debeant ordinari" Cui servus Christi constanter ita respondit: Numquid arcu tuo et gladio homines isti a praedonum vastatione creberrima sunt erepti, et non potius Dei munere, ut tibi paullisper obsequi valeant, reservati? Nunc ergo, Rex optime, consilium meum ne respuas, fidei meae hos committe subjectos, ne tanti exercitus compulsione vastentur potius quam migrentur...... His auditis Rex modestis allegationibus mitigatus cum suo remeavit exercitu."

Paul. Longob. L. 1. c. 19. His temporibus inter Odoachar, qui in Italia per aliquot jam annos regnabat, et Feletheum, qui et Feva dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum fomes exarsit. Qui Feletheus illis diebus ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam a Norici finibus idem Danubius separat. In his Noricorum finibus, Beati tunc erat Severini coenobium, qui omni abstinentiae sanctitate praeditus multis jam erat virtutibus clarus. Qui cum hisdem in locis, ad vitae usque metas habitasset, nunc tamen ejus corpus Neapolis retinet. Hic saepius hunc de quo diximus Feletheum, ejusque Conjugem, cujus vocabulum Gisa fuit, ut ab iniquitate quiescerent, verbis coelestibus monuit. Quibus pia verba spernentibus, hoc quod eis postmodum contigit, longe antea futurum praedixit. Adunatis ergo Odoachar gentibus, quae ejus ditioni parebant, id est Turcilingis, et Herulis, Rugorumque parte, quos jam dudum possederat, nec non etiam Italiae populis venit in Rugiland, pugnavitque cum Rugis, ultimaque eos clade conficiens, Feletheum insuper eorum regem extinxit. Vastataque omni provincia, Italiam repetens, copiosam secum captivorum multitudinem abduxit. Tunc Longobardi de suis regionibus egressi, venerunt in Rugiland, quae latino eloquio Rugorum patria dicitur, atque in ea, quia erat solo fertilis, aliquantis commorati sunt annis.

Eugip. Vit. Severin. c. XI. §. 51. Praeterea cum Fridericus a fratre suo Rugorum Rege Fava ex paucis quae super ripam Danubii permanserant oppidis unum acciperet Favianis, juxta quod S. Severinus, ut retuli, commanebat, et ad eum idem Fridericus ex more salutaturus accederet; coepit ei miles Christi iter suum enixius indicare, sub contestatione haec proloquens: Noveris me, inquit quantocyus ad Dominum profecturum, et idcirco commonitus praecaveto, ne me discedente aliquid horum quae mihi commissa sunt, attaminare pertentes, et substantiam pauperum captivorumque contingas, indignationem Dei, quod absit, tali temeritate sensurus. Sed Fridericus insperata commonitione perculsus: Cur, inquit, hac contestatione confundimur, cum

non optemus tantis orbari praesidiis, et sanctae largitioni tuae, quae omnibus nota est, conferre aliquid nos deceat, non auferre, quatenus solita, sicut et pater noster Flacciteus, tua merear oratione muniri, qui experimento didicit sanctitatis tuae meritis se fuisse semper adjutum? Et ille: Qualibet, inquit, occasione meam cellulam volueris laedere, et hic statim probabis, et in futuro solves, quam non opto vindictam. Tunc Fridericus promittens se Christi famuli monita servaturum, remeavit ad propria. Id. ib. c. XII. §. 54. Fridericus vero B. Severini morte comperta, pauper et impius, barbara cupiditate semper immanior vestes pauperibus deputatas, et alia nonnulla credidit auferenda. Cui sceleri sacrilegium copulans, calicem argenteum, ceteraque altaris ministeria praecepit auferenda. Quae cum imposita essent sacris altaribus, nec auderet directus villicus ad tale facinus suas manus extendere, quemdam militem, Avicianum nomine, compulit diripere memorata..... Fridericus autem immemor contestationis et praesagii sancti viri, abrasis omnibus monasterii rebus, parietes tantum, quos Danubio non potuit transferre, dimisit. Sed mox in eum ultio denuntiata pervenit, nam intra mensis spatium a Friderico fratris filio interfectus, praedam pariter amisit et vitam. Quapropter Rex Otachar Rugis intulit bellum, quibus etiam devictis, et Friderico fugato, patre quoque Fava capto, eum ad Italiam cum noxia conjuge supra memorata, videlicet Gisa, transmigravit. Ammian. Anon. Cassiod. Chron. Cusp. an. 486.

Boëthio unico Consule, pugna facta est, inter Odoacrem regem et Febanum regem Rugorum: et vicit Odoacer, et adduxit captivum: Febanum regem sub decima septima Calend. Decembris.

Der Heruler Uligagus (Wulfgang) wird von Justinian gegen die Perser geschickt. Ein Olfigaud filius Wulfi (Wolfhart oder Wolfgang) zieht unter Childebert aus Rhätien gegen die Longobarden.

Odoacer wird bei Jornand de Regno Success. zwar „genere Rugus genannt. Es kann damit aber nur gemeint seyn, daß er der Anführer einer Schaar von Rugiern gewesen. Denn anderswo wird er ausdrücklich frater Aonulfi (des Skyrischen Fürsten) genannt. Auch heißt es bey Ammian Anon.: Superveniente Odoacre cum gente Scyrorum, und „Odoachar bellum gessit adversus Rugos, quas funditus delevit.“

Ennodius sagt: der Krieg zwischen Theodorich und Odoacer sey ausgebrochen, weil letzterer dem Könige der Rugier, *seinem Verwandten*, so übel begegnet.

Bey dem Valesius (ad Anon. Amm.) wird Odoacer ausdrücklich ein Sohn Etichos genannt.

Nachtrag.

I.

Ueber die von Aventin umständlich berichteten Kriege der Theodonen gegen die Römer.

Aventin weiß von zwei Kriegeszügen der Bayern gegen die Römer zu erzählen; deren erster in das Jahr 508, der zweite aber in das Jahr 520 fällt. Er sagt von dem ersten:

Nachdem Ludwig König der Franken seinen Sitz in Paris genommen, habe er den Theodo, regulum Bojorum zu sich beschieden, und ihn in beweglicher Rede aufgefordert, zur Verherrlichung seines Ruhmes und zur Vergrößerung seines Gebietes, gegen die Römer, — von welchen er nur durch die Donau getrennt sey, — die Waffen zu erheben [1]). Theodo diesem Aufrufe folgend, sey im Jahre 508, in Verbindung mit den Avaren, Angeln, Venedern, Charinern und fränkischen Hilfstruppen bei Dietfurt über die Altmühl gegangen, und habe binnen drei Jahren die Römer einerseits nach Noricum, anderseits nach Vindelicien zurückgedrängt, als er — eben im Begriffe sie neuerdings zu bekriegen — im Jahre 511 von dem Tode überrascht worden.

Eine zweite Expedition gegen die Römer hat nach Aventin erst 9 Jahre später stattgefunden. „Theodo, ein Sohn des oben genannten, habe im Jahr 520 in der Gegend von Braunau ein Heer gesammelt; sey auf waldigen Umwegen den Römern plötzlich in den Rücken gefallen, und habe ihnen in der Gegend die später das Nordfeld genannt worden, eine gänzliche Niederlage beigebracht. Theodo,

---

[1]) Aventin liefert die hiebei gehaltenen politischen Discurse in extenso. Annal. pag. 254 der Ingolstädter Ausgabe.

seinen Sieg verfolgend, sey hierauf gegen das Gebirge vorgedrungen, und habe nach einer zweiten gewonnenen Schlacht, in der Gegend des heutigen Perlach, Augsburg erstürmt und zerstört. Nachdem der Herzog nun ganz Vindelicien unter sich gebracht, sey er über die Alpen gezogen, und habe auch hier die von Theodorich ausgesendeten Truppen zurückgeschlagen, und Bayerns Gränze bis an Italien vorgerückt."

Offenbar hat Aventin in Beziehung auf die von ihm geschilderten Begebenheiten einerseits die Quellen verwirrt — anderseits einfache Andeutungen mit einer weit über das Erlaubte hinausgehenden Einbildungskraft ausgeschmückt [2]). Allein es ist bei alledem wahrscheinlich daß seiner Erzählung Notizen zu Grunde liegen, die für uns bereits verloren gegangen sind. Es frägt sich übrigens in wie weit denn überhaupt auch für uns noch quellenmäßige Andeutungen für die hier besprochenen Begebenheiten vorhanden sind. Und hier treten uns denn jene schon oben mitgetheilten Stellen der Chronisten entgegen, welche wohl auch für Aventin die Hauptquelle seines Vortrages gewesen seyn mögen. Diese Stellen sprechen einstimmig von einem im Jahre 508 ausgebrochenen Kriege der Noriker und Bajoarier gegen die Römer im heutigen Bayern, und von einer im Jahre 520 erfolgten gänzlichen Niederlage der letztern. Es ist daher wohl des Versuches werth, diese Andeutungen, mit dem, was wir sonst von jener Zeit über das was die Geschichte unseres Vaterlandes betrifft noch wissen, in Uebereinstimmung zu bringen. Aber gerade weil die gleichzeitigen Scriptoren fast gar Nichts von dem was vom Jahre 500 bis 520 in Bajoarien geschehen ist melden, ist dieser Versuch sehr schwierig. Wir müssen also hier die chronologische Conjektur der in den Nachbarländern gemeldeten Begebenheiten zu Hülfe nehmen.

---

[2]) Schon Welser bemerkt hierüber: Mihi quidem Q. Scevulae perplacet sententia: Ita sibi credi opportere si et alii idem asseverassent; quoniam unius testimonio aliquem credere pessimi esset exempli. Ad quam rationem cum me expendi non nolim, tum ego vicissim non unum Aventinum, sed omnes historiarum scriptores, qui res sua memoria multis temporum spatiis anteriores sine vade, sine teste proferunt soleo expendere; ut enim ipsis fides constiterit, fieri fortasse potest, nt ipsi nobis constare faciant neutiquam potest.

Werfen wir vor Allem einen Blick auf das was sich während der zweiten Hälfte des V. Jahrhunderts in den Landstrichen zwischen dem Rheine und Pannonien zugetragen hat. Hier finden wir — nach jenem zweiten Zuge Attilas durch Noricum und Rhätien (Jornand G. 43.) und nach jenem Kriege der Angi-Scyren gegen die Ostgothen (ibi 53.) — die Sueven und Allemannen vorwaltend; nördlicher die Thüringer [3]), weiter unten an der Donau die Skyren. Und zwar sind die Sueven vorwaltend bis in das Noricum herein. „Hunimund Suevorum dux ad praedandas Dalmatias transit, et armenta Gothorum depraedat, quia Dalmatiis Suevia vicina, nec a Panoniis multum distabat.“ Hierüber gerathen diese Sueven in Krieg mit den Gothen, und werden am lacus Pelsodis geschlagen. Nun hetzen sie die Skyren „qui tunc supra danubium considebant“ auf die Gothen. Allein auch diese erleiden eine Niederlage. „Tunc — fährt nun Jornandes fort — Hunimundus et Alaricus reges Suevorum, Scyrorum exitium veriti, in Gothas arma movent, freti auxilio Sarmatarum, qui assersitis Scyris, cum Edica et Wulfo eorum primatibus, simulque cum Gepidis et Rugis, et aliis ad amnem Bolliam castrametati sunt.“ Auch dießmal ist der Sieg auf Seite der Gothen; und Theodomir zieht nun über die mit Eis belegte Donau, und fällt (454) den Sueven in den Rücken. „Nam regio illa Suevorum habet ab occidente Francos, a meridie Burgundiones, a siptentrione Thuringos, ab oriente Bajobaros; quibus Suevis tunc juncti Allemanni aderant, alpes erectas regentes; qui Theodemir Suevorum gentem et Alemannorum devicit, vastavit, et pene subegit.“ — Später zieht Theodomir nach Italien.

Wir sehen — Bajoarien ist zwar genannt, aber nicht ein selbstständiges Volk der Bajoarier mit einem herrschenden Könige, der

---

[3]) Ober den Thüringern die Warner. Varni habitant terram Istrum uspue ad Oceanum borealem et Rhenum, qui ipsos ac Francos obterminat.“ (Procop. de B. G.) Unter Attilas vorübergehender Herrschaft standen: die Gepiden, Gothen, Markomannen, Sueven, Quaden, Heruler, Turzelinger, (sive Rugii) cum propriis regulis, et aliae gentes in finibus Aquilonis (hist. miscell.).

Etwas unternähme. Vielmehr stellt sich Bajoarien dar, als ein den Durchzügen jener Heeresmassen offenstehendes Gebiet. Dieser Zustand dauert — wie wir aus dem Leben Skt. Severins wissen, auch später noch fort; und die Provinz zwischen dem Lech, der Donau und Noricum, ist zwar immer noch von Eingebornen bevölkert, und hat mehrere, noch von Römern besetzte Castelle; allein die Thüringer und Allemannen, verheeren in wiederholten Einfällen diese Landstriche, bis nun Odoacer mit seinen Kriegsgenossen herankömmt.

Werfen wir also ferners einen Blick auf das was sich Etwas später im Osten, im Rugiland und Noricum zugetragen:

Um das Jahr 476 zieht Odoacer mit Herulern, Skyren, Rugiern und Turzelingern aus Pannonien durch Noricum herauf nach Italien, das er erobert und in Besitz nimmt. — Im Jahre 487 unternimmt er einen Kriegszug gegen jene Rugier die an der Donau wohnten, und besiegt ihren König Feletheus. — Bald darauf sendet er, unter der Anführung seines Bruders, Aonulf abermal ein Heer gegen Friedrich, des Feletheus Sohn, an die Donau, besiegt die dortigen Rugier gänzlich, und läßt die Römer das Noricum räumen. — Aufgefodert durch Friedrich erheben sich nun die Ostgothen gegen Odoacer, der im Jahre 491 mit seinen Skyren und Herulern gegen Theodorich im Kampf begriffen ist. — Gleich nach Odoacers Sturz unternimmt sein Bruder Aonulf, mit seinen Skyren und Herulern, in Verbindung mit den nach Italien gekommenen Rugiern[4]) (unter der Anführung Friedrichs) einen zweiten Krieg gegen Theodorich[5]), wird aber an die Donau zurückgeschlagen. — Mittlerweile waren die Longobarden, gleich nachdem die Rugier von Odoacer besiegt worden, in das Rugiland eingezogen. Von hier aus rückten sie um das Jahr 490 in campos apertos (in das östlich liegende Flachfeld) ein, und

---

[4]) Theodorich sagt zu Kaiser Zeno: Quare nunc Roma urbes sub Turcelingorum et Rugorum tyrannide fluctuat?

[5]) Wo sollte Aonulf das herulische Heer zu diesem Kriege aufgebracht haben, als eben größtentheils in den Alpen? Also waren die Gebirge schon damals von Herulern besetzt.

Eo anno (493) pugna fdcta est inter Fridericum et Eufanem (magistrum militiae Theodorici) inter Tridentum et Veronam. (Roncallius Chron.) Vergl. die angeführte Stelle des Ennodius.

besiegen Rudolf den König der Heruler. Nun breiten sich diese Longobarden auch im Noricum aus. Ihr König Wacho (500—520) bekriegt und besiegt die Sueven. Erst im Jahre 526 räumen sie diese Gegenden um nach Pannonien zu ziehen.

Wie verhielt es sich nun während dieser Zeit mit Bajoarien? So lange Odoacer herrscht, der nun auch die Alpen besetzt hält, ist wieder nirgends von einem selbstständigen Volke der Bojoarier die Rede. Nach dem Untergange der Herrschaft der Rugier an der Donau, und nach der Eroberung Italiens durch die Gothen, scheint es sich aber also verhalten zu haben: Die Römer haben das Land geräumt, und im Noricum werden die Longobarden die Nachbaren der Gothen; doch ist Wacho, der König der ersteren, hier der vorwaltende. Der südliche Theil der Alpen wird von Theodorich besetzt [5]). Was den nördlichen Theil der Alpen, und das daran stoßende Flachland (das heutige Bayern) betrifft, so steht es nun dahin welche Auslegung man jener Stelle Isidors geben will „peremto Odoacere, atque devicto fratre ejus Aonulfo, et trans confinia danubii ejecto . . . .“ So viel stellt sich aus andern Nachrichten als gewiß heraus, daß Odoacer noch die Alpen behauptet hatte. Es frägt sich: wurde sein Bruder Aonulf nur aus diesen Alpen, oder auch aus dem daranstoßenden Bajoarien vertrieben? In dem letzteren Falle wäre er bis in die heutige Oberpfalz und gegen Böhmen zurückgedrängt worden, denn tiefer unten an der Donau waren damals schon die Longobarden mächtig.

Angenommen nun daß es sich so verhalten, so geschieht hiedurch gleichwohl den oben aufgestellten Ansichten über die Ableitung der Agilulfinger kein Eintrag, ja es möchte sich auf diese Weise das Ganze noch besser gestalten. Die erste Begründung der agilulfischen Dynastie in Bojoarien und in den Gebirgen durch den ursprünglich gothischen Aonulf, fällt unverrückt in den Zeitraum der Herrschaft Odoacers über Italien. Zugegeben daß Theodorich den Aonulf bis über

---

[5]) Daß Theodorich auch über die Alemannen geherrscht, (wenigstens über die in das Gebirge hereingekommenen) geht daraus hervor, daß er ihnen den Fridibat zum Statthalter gesetzt. (Cassiodor V.)

die Donau zurückgedrängt, so kann jener Brief, und jene Adoption des regis Herulorum, dennoch an den Aonulf oder seinen Nachfolger gerichtet gewesen seyn. (Die Heruler und Skyren blieben die Nachbarn der Thüringer, und fanden jenseits der Donau ihre schon früher dahin eingewanderten Stammgenossen.) Später aber mochte der König der Franken überwiegenden Einfluß auf den skyrisch-herulischen König gewinnen. Auch mußte bei diesem das Verlangen nach jenen südlichen Landstrichen, aus welchen er verdrängt worden, stets lebendig bleiben. Zudem konnte er auf die Eingebornen — auf die eigentlichen Bajoarier zählen. Und viele mögen von Böhmen und Norikum hinzugezogen seyn, als Theodo — denn warum sollte Aonulf nicht einen Nachfolger dieses Namens gehabt haben — über die Donau hereinbrach. Jetzt ist auch bereits der Name eines Königs der Heruler, der Skyren — in jenen eines Königs der Bajuvarier aufgegangen [7]). Denn von dem Lande nehmen sie alle, die Eingebornen und die Hereingezogenen zuletzt ihre Benennung. Das ändert aber nichts an dem Ursprunge des skyrisch-gothischen Königshauses der Agilulfinger. Kommen sie doch so viel später noch, wie ich schon vorhinein Grund habe zu muthmaßen, wieder als comites de Scyren hervor! Ja erst jetzt — nachdem die Gothen wieder bis über Trient zurückgedrängt worden, nehmen die Agilulfinger auf immer festen Besitz von jenen Gegenden im Gebürge die das Patrimonium der Welfen geblieben.

Diese Auslegung wird man nun auch der angeführten Stelle des Isidor geben müßen, wenn man anders für das was unsere Chronisten andeuten, und von Aventin so rednerisch ausgeschmückt

---

[7]) Paul diacon sagt (circa 550) „haec mala (die Pest) inter Italiam tantum usque ad fines gentium Alamananorum et Bajoariorum solis Romanis acciderunt". Also damals war nur mehr von Bajoariern die Rede. — Der Name der Sueven geht in jenem der Alemannen auf „Inter Liguriam ac Sueviam, hoc est Alemannorum patriam dux provinciae Rhetiae primae et secundae intra alpus consistunt" sagt derselbe P. diaconus. und: Droclulf comes, ex Suavorum hoc est Alemannorum gente III. 18.

worden ist — eine historische Thatsache auffinden will. Und hienach wäre denn in dem Berichte über jene, für die Jahre 508 und 520 angemeldeten kriegerischen Thaten der Theodonen, ein wiederholter Versuch der skyrisch-herulischen Fürsten versteckt, sich in Verbindung mit den eingebornen Bajoariern wieder der Herrschaft über das Land zwischen der Donau und den Alpen zu bemeistern.

Vieles spricht nun wirklich für diese Ansicht. Und was fürs erste den frühern, in das Jahr 508 fallenden Versuch betrifft, so war der Zeitpunkt eben nicht so übel gewählt. Denn gerade in diesem Jahre hat Theodorich einen Feldzug im südlichen Gallien gegen die Franken unternommen, und es ist also um so möglicher, daß Chlodwig einerseits den Fürsten der an der obern Donau wohnenden Völkerschaaren aufgefodert habe in das Gebiet der Gothen (die bei Aventin immer als Römer vorkommen) einzufallen, als anderseits ein solcher Einfall, während der Beschäftigung der Hauptmacht Theodorichs im südlichen Frankreich, am füglichsten ausführbar schien. Was aber jenen zweiten Versuch der skyrisch-herulischen Dynastie betrifft, um das Jahr 520 wiederholt einen auf die Wiedereroberung Bayerns gerichteten Kriegszug gegen die Gothen zu unternehmen, so findet sich wirlich eine Stelle bei dem Anonymus Valesianus, in welcher so etwas ziemlich bestimmt angedeutet wird. Diese Stelle heißt: „Theodorico (Anno 520) Veronae causistente *propter metum gentium*, facta est lis inter Christianos atque Judaeos ..." Also Theodorich befürchtend einen Einfall nördlicher Völkerschaften, zog nach Verona [8]).

